



**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XI. Iac. SAdoletvs Episc. Carp. Nic. Archiepisc. Capuæ S.R.E. Card. S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

verbis atque consilis (sic enim te facturum Pontifici pollicitus sum) pro a te magnopere etiam atque etiam Paulus tuus iam magis quam meus, nonnulla ad te meis verbis prescribit, ad rationes horum temporum spectantia: quorum vel supprimendos, vel preferendos tua erit potestas. Vale. III. Idus Martij, M.D. XXXVI. Carpenteracti.

XI.

IAC. SADOLETVS EPISC. C A R P.
N*u*r. Archiepsic. Capua S. R. E. Card. S. P. D.

LITERAE TUE PERBREUES, sed amoris humanitatisque plenissimae, hoc mihi etiam fuerunt iucundiores, quod manu tua tenperis illud ipsum testimonium de quo scribis nostre perpetuae & constantis amicitiae, grauus multo faciebant. Ecce illud in eis missis liberaliter: quod mihi ea honorum cognomina attribuis, eas ego vobis summariis libenter facileque concedo. Nam mihi fane parvitas mea est voluptati, qua in tranquillitate animi, onus literario posita legitatur. Florere autem amplis titulis, & honorum ea insignia obtinere, quia cum magnis curis & negotiis coniuncta sunt, magis in te, ceterisque amicis meis, quam in memetipsis gratiarum mihi est. Vestro enim patrocinio, vello labore & opera, nos viuitus pacatores. Quanquam nullus quidam mihi amicus est et antiquior, ac ne benevolentior quidam. Ita enim & ad me scriptis, quoad in urbe mansit, Paulus & reverens ad nos illud idem vehementius confirmavit, nullum nisi a te studium, nullum indicium amoris, quod quidem optari posuerit debuerit, defuisse: cum & in deferenda ope tua, ingredi in te benevolentiam & in communicandis maximis rebus summa fide: & in omni sermone & si que familiari, egregia causa comitatem te experrim esse, plurimumque ad amasse reflectetur: Quae mihi omnia iuncta auditu, ipsa re pergrata, non quidem praecepit spem, sed tamen supra spem mihi tributa fuit ut tantum tibi pro illis gratiae debeam, quantum nostra amicitia patitur. Et porrò vult, ut animo magis quam verbis gratiam memoriam officiorum comprehendamus: quod tibi quidem a me, & amplitudini tuae nunquam deerrit. Tu quando mihi conseruum studium & autoritatem & operam amantissimis verbis polliceris atque defers, summo me omnium beneficio affectus, si amorem istum tuum erga me conferuaueris.

Vale. III. Id. Martij, M. D. XXXVI.

Carpenteracti.

IAC.